



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio vigesimaquinta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

nicatione est huiusmodi. Est etiam complacientia delibera-
rarij, cum sit morofa; voco enim nunc delectationem mo-
rofam, que supponit deliberationem directe vel interpreta-
tiue. Est etiam complacientia in actu peccati mortalis, quia
in illud solum fertur voluntas per delectationem, quod ap-
prehensionem est, per rationem, sed per actum simplicem cogita-
tionis de fornicatione nihil apprehenditur nisi fornicatio-
nem, & non cogitatione de fornicatione, quia non est actus
simplex sed reflexus, ergo voluntas sequens talē actum sim-
plicem fertur solum per complacientiam in peccatu mortale,
& sic peccat mortaliter. Delectatio vero sequens actu re-
flexum potest esse de duabus, sicut & cogitatione, scilicet de
principali obiecto, puta de fornicatione & de secundario
scilicet de cogitatione: hec enim duo se habent obiectum
ad actu reflexum, scilicet cum aliquis cogitat se cogitare
de fornicatione. Et si quidē sit delectatio de principali ob-
iecto, erit peccatum mortale, per rationem quae facta est. Si
vero sit de obiecto secundario, scilicet de cogitatione, sic
non oportet quod semper sit peccatum mortale, sed quandoq[ue]
veniale, ut cu[m] quis lo[lo] curiositate cogitat ratiā, & de co-
gitatione delectatur. Quandoq[ue] vero nullum est peccatum,
sed est meritum, ut qui quis utiliter de talibus cogitat, vo-
lens prædicare aut dispergere. Talis enim delectatur non
de peccato, sed de rationibus excogitatis circa peccatum.

6 A D primum argumentum patet, procedit enim de
delectatione, qua lequitur actu reflexum ratione obie-
cti secundarii, & illam non oportet esse peccatum morta-
le, ut dictum est.

7 Ad secundum dicendum quod delectatio sequens co-
gitationem simplicem de fornicatione est complacientia
voluntatis in actu fornicationis, etiam si non statuatur
implendū, propter aliquā aliam causam prohibitem. Et
quia actus inordinatus est, ideo complacientia in ipsum est
deordinata, quod autem dicitur quod illa quae sunt con-
iuncta in re posunt separari mente, verum est, ut cognol-
cantur, sed non ut habeantur, & quia voluntas fertur in
rem ut habeatur in re, ideo fertur per consequens in om-
nia illa quae sunt rei coniuncta secundum esse.

Sententia huius distinctionis, xxv.
in generali & speciali.

I Am vero ad propositum redeamus. Superius determini-
nauit Magister de libero arbitrio, per comparationem
ad alias potentias. Hic determinat de lib. arb. quantum ad
sui propriam rationem. Et diuiditur in duas. Primo deter-
minat suum intentum. Secundò determinat quia liberum
arbitrium denominatur. Secunda ibi, est namq[ue] libertas. Prima diuiditur in quatuor. Primo deter-
minat de lib. arb. quantum ad libum obiectum. Secundò
ostendit in quibus sit lib. arb. Et quomodo differenter
sit in eis. Tertio concludit quoddam correlarium. Quar-
to subiungit quoddam incidunt. Secunda ibi, haec quide-
secundum prædictam asfigimationem. Tertia ibi, est præ-
dictis perspicuum est. Quarta ibi, & posunt notari in ho-
mīne. Secunda pars principalis diuiditur in duas. Primo
distinguit triplicem libertatem, & declarat eam. Et quæ-
dam dubia circa hoc. Secundò ex hoc concludit quedam
correlaria. Secunda ibi, est prædictam iam appareat. Et haec
est divisio & sententia distinctionis in generali.

2 In speciali sic procedit. Et proponit primo quod li-
berum arb. ad virumq[ue] sicut potest. Non autem extendit
aliqua libertas lib. arb. respectu presentium & præte-
riorum, sed solum respectu futurorum, non tam respectu
quorumlibet futurorum, sed solum contingentiū, quae
in nosra sunt dispositione & potestate. Postea dicit quod
cum liberum arb. in nobis sit flexibile ad malum, tam
liberum arbitrium est in aliis, quam in nobis, scilicet in
angelis bonis, & in eis est omnino liberū arb. a seruitute
peccati. Postea dicit quod liberum arb. in primo statu
fuit, quo homo poterat non peccare. In ultimo vero statu
erit quo non poterit peccare. Et haec libertas est maximē
post hanc vitam. In medio vero statu est libertas, qua po-
test peccare: neq[ue] potest non peccare etiam mortaliter ante
gratiam. Sed post gratiam non potest non peccare venia
liter. Ex quo concludit quod liberum arb. per peccatum vul-
neratum est & spoliatum, vulneratum quo ad naturalia, spo-

liatum quoad gratuita, vbi etiam dicit quod ipsa natura;
lia dici possunt aliquo modo gratuita facta, id quod per-
tinet ad generalem gratiam. Et dicit quod libertatem perditam
non potest homo recuperare sine gratia, sicut nec qui se
occidi potest se per se ad vitam adducere. Postea dicit quod
libertas triplex est, scilicet à coactione vel necessitate, à
peccato & à miseria. A coactione semper fuit in primo fra-
tu & vitimo. Illa vero quae est à peccato sicut solum in libe-
ratis per gratiam. Et subdit quod sicut seruus iustificatus liber
est à peccato, ita seruus peccati liber est à iniuria, quia ei non
seruit, & haec non est vera libertas. Quærit autem inciden-
ter virtutem libertatis ad bonum & malum faciendum sit ipsa
libertas arbitrii vel quid, & ad quid. Et ponit circa hoc duas
opiniones. Quibusdā enim videtur, quod libertas ipsius
arb. est quia hominem liberum facit ad bonum & ad malum.
Quibusdā vero videtur quod libertas ipsius arbitrii non
sit libertas ad bonum & malum. Sed quod libertas ad ma-
lum sit quædam pronitas ad peccandum: libertas vero ad
bonum sit aliquid per gratiam ipsi libertati additum. Ma-
gister magis sustinet quod ipsa libertas sit ab ipso libero
arbitrio. Ita tamen quod in malum potest de se, in bonum
autem non, nisi per gratiam adiuvetur, nisi valde debili-
ter. Viterius concludit duo correlaria. Quorum primum
est, quod per peccatum diminutum est liberum arbitriū,
quod recipit difficultatem ad bonum incitamentum, &
pronitatem ad malum, quod ante peccatum non habuit.
Vnde magis habent liberum arbitrium reparati per gra-
tiam, quam non reparati. Sed liberum arbitriū est ad ma-
lum, quod per se potest, & ad bonū quod sine gratia non
potest, secundum quod conclusum est quod est libertas
naturæ, & libertas gratiae. Sed libertas naturæ non suffici-
cit sine gratia liberante, vel adiuuante. Et in hoc terminis
natur tententia lectionis, &c.

Q VÆSTIO PRIMA.

Vtrum liberum arbitrium sit solum eorum

que sunt ad finem.

Tho. 1. 2. q. 8. ar. 2.

C Irca distinctionem istam queritur, primo, vtrum li-
berum arbitrium sit solum respectu eorum quae sunt
ad finem. Et videtur quod non, quia electio importat pre-
ceptionem vnius respectu alterius. Sed sicut eorum que
sunt ad finem, vnum potest alteri praæacceptari, ita etiam
diuersorum finium, ergo electio potest esse finis, sicut eos
qua sunt ad finem.

2 IN contrarium est quod dicit Philos. 3. Ethic. quod
voluntas est finis, electio autem eorum quae sunt ad finem,

3 R E S P O N S I O. Dicenda sunt tria. Primum est
quod liberum arbitrium, seu electio, quae est actus lib. arb. est tam
eorum quae sunt ad finem, & nunquam est ipsius finis sub-
ratione finis. Secundum est, quod non est omnium eorum
qua sunt ad finem, sed solum eorum quae sunt vel existi-
mant eligenti possibilis. Tertium est, quod est solum
nostrorum actuum, vel aliorum, ut tamen cadit sub actis
bus nostris.

4 P R I M U M patet, quia illud solum potest esse ob-
iectum electionis, quod potest esse conclusio syllogismi
operativi, seu cōsiliū, vel deliberationis. (Est enim electio
appetitus consiliosus, id est, eius quod conclusum est per
consilium ut dicitur, 3. Ethic.) Sed finis non potest esse con-
clusio in syllogismo pratico, seu in confilio vel delibera-
tione, sed solum habet rationem principii (vt patet ex. 2.
Physic.) ea autem quae sunt ad finem habent rationem con-
clusionis, ergo & c. Est tamen considerandum quod sicut
in speculatoriū nihil prohibet illud quod est vnius demonstra-
tionis principium esse conclusionem alterius (Primum
tamen principium simpliciter non potest esse conclusio
alterius demonstrationis.) Sic illud quod est in una ope-
ratione, ut finis nihil prohibet ordinari ad aliud, tamen
ad finem. & sic cadere potest sub electione, sicut in opera-
tione Medici sanitas est ut finis, propter quod non cadit
sub electione Medici, sed suppōnitur ut principium. Sed
qua sanitas corporis viterius ordinatur ad bonū animi,
sicut & corpus est propter animam: ideo apud eum qui
considerat de salute anima, sanitas vel infirmitas corpo-
ralis potest cadere sub electione.

5 S E C U N D U M

Magistri Durandi de

S E C V N D V M sic patet, ratio eligendi aliquid est ex eo quod producit ad finem, propter hoc enim est eorum quae sunt ad finem: per illud autem quod est aliquid impossibile, non perducitur ipse ad finem, sive si ei impossibile simpliciter, sicut homo non potest transire flumini volando sicut avis, & ideo nullus eligit volare, ut trahat flumini, sive si impossibile non simpliciter, sed pro tempore quo eligit. Sic nullus eligit nauem ad transeundum pro tempore quo simpliciter credit se non posse habere nauem, ideo &c.

T E R T I V M apparet ex prædictis, quia electio solum est eorum quae sunt in potestate eligentis. Sed nihil est in potestate nostra nisi actus nostri eliciti, vel imperatii libe. arb. vel alias res ut cadent sub nostris actibus, potestas enim ad nihil attingit nisi per actum, ideo &c.

A D argu. in oppositum pater solutio, qui finis in quantum huiusmodi non praæceptatur alii fini, sed qui liber acceptatur absolute. Si autem praæceptatur unus alterius iam non sumuntur sub ratione finis, sed sub ordine ad alterius finem ut dictum est de sanitate corporis, & infirmitate, & sic possunt cadere sub electione.

Q Y E S T I O S E C V N D A .

Vtrum liberum arbitrium sit solum in habentibus intellectum.

Tho. 1. q. 83. art. 1.

Secundum queritur virum liberum arbitrium sit solum in habentibus intellectum. Et videtur quod non, quia quae agunt voluntarii, agunt liberè (ut videtur) sed bruta agunt voluntarii ut habetur. *3. Ethic. ergo &c.*

2. Item in illis est libe. arb. quorum est acceptare unum altero refutato, sed bruta quædam acceptant & alia refutant, ergo &c.

3. IN contrarium est quia libe. arb. est quo rectè vivitur & peccatur, sed peccare & redire vivere non cōuenient nisi habentibus intellectum, ergo &c.

4. R E S P O N S I O . Dicendum est quod solum in habentibus intellectum est libe. arb. scilicet in Deo hominibus & angelis. Cuius ratio est quia solum in illis est liberum arb. in quibus est iudicium de propria operatione vtrum sit bona an mala, expediens ad finem, an impediens a fine, sed tale iudicium solum est in habentibus intellectum, ergo &c. Major patet quia sicut ostentum est in precedentibus quæst. electio quae est actus liberis arbitrii solum est de actibus nostris ut ordinatur in finem propter quod cum electio voluntarii sequatur iudicium rationis, operatur quod illa quae habent electionem, habeant etiam de suis operationibus iudicium quale dictum est. s. an operatio sit bona, & expediens ad consecutionem finis, vel mala & impeditiva finis quod esse non potest, nisi in illis quae cognoscunt finem sub ratione finis, & habitudinem finis ad ea quae sunt ad finem. Et talia sunt solum quae ratione & intellectu participant, ideo &c. Item patet per distinctionem libe. arb. in litera postquam quod liberum arbitrium est facultas voluntatis, & rationis.

5. A D primum argumentum dicendum quod Philos. accipit largè voluntarem pro omni eo quod fit sponte & non per coactionem ab habente cognitionem, non autem propriè prout dicit motum voluntatis sequentis deliberationem qui propriè est actus libe. arb.

6. Ad secundum dicendum quod acceptare unum altero refutato ex collatione eorum ad finem pertinet ad libe. arb. quo modo bruta nihil acceptant vel refutant, sed solum ex simplici apprehensione conuenientis acceptant ipsum. Et ex simplici apprehensione disconvenientis ipsum refutant.

Q Y E S T I O T E R T I A .

Vtrum liberum arbitrium inueniatur equaliter in omnibus in quibus est.

Postmodum queritur vtrum liberum arbitrium inueniatur equaliter in omnibus in quibus est. Et videtur quod sic, quia libertas est immunitas à coactione. Sed hæc immunitas videtur esse equaliter in omnibus habentibus libe. arb. In nullo enim potest cogi, ergo &c.

2. Item Bern. de libe. arb. dicit quod libertas arbitrii cunctis pariter ratione ventribus competit, nec magis est in bonis quam in malis, & sic idem quod prius.

Sancto Porciano

3. IN contrarium est quia libe. arb. est facultas voluntatis & rationis. Sed hæc facultas maior & potior est in Deo quæ in angelis, & in angelis quæ in nobis, ergo &c.

4. R E S P O N S I O . Omne liberum dicitur liberum ab aliquo, & ad aliquid. Et secundum hoc libertas arbitrii duplenter potest considerari vel per comparationem ad aliud in quo est dicitur liberum vel per comparationem ad illud in quo est vel ad quod est lib. Illud autem à quo dicitur voluntas libera est coactio quæ est duplex vna simplex & absoluta quæ vocatur compulsionis vel impedimentum.

Alia secundum quid quæ potest dici impulsio. Illud autem in quo vel ad quod aliquid dicitur lib. est actus eius, qui est duplex, vel dictum fuit supra immediata, scilicet elitus & imperatus.

5. Hoc supposito dicendum quod liberum arbitrium non est à qualiter in omnibus, sed est perfectius in Deo, & liberius quæ in angelo, & in angelo quam in homine. Et in uno homine liberius est in uno tempore quam in alio. Quod sic patet, illud quod à nullo in actu suo potest impedi, vel difficultatem pati est liberius, quæ illud quod potest impedi, vel difficultatem pati. Sed voluntas diuina in nullo actu suo potest impedi, vel difficultatem pati, sive actus est elicitus sive imperatus. Subiecti enim ei quem voluerit posse (sicut dicitur Sapientia 12.) Angelus autem & homo possunt virtute pluina à qualibet actu suo impedi, scilicet ne aliquid velint aut faciant. Et in actibus suis imperatis, ut contrarium eius, quod voluntat refutetur quorum etiam angelus potest impedi, aut forte cogere angelum, & homo hominem, ergo &c.

6. Per id patet quod angelus liberius est homine, quia angelus non potest impedi à causa creata à suo velle, nec difficultatem pati, licet impedi posset ab executione voluntati: homo autem à velle impedi potest, & difficultatem patiatur ex tractu appetitus sensu, ut patet in cōtinentibus, & plus vno tempore, quæ alio, sicut liberius eligitur & cum minori difficultate abstinere à venereis homo factus temperatus quam prius dum esset solum continens, ideo &c.

7. A D primum argumentum dicendum quod immunitas à coactione simpliciter, vel secundum quid non est à qualiter in omnibus, ut apparet ex dictis: quod d' enim quod omnem actum impedi possum, & compelli ad actum oppositum imperatum, ut omnis creatura: Deus autem nullo modo, quædam etiam in actu elicito patiatur difficultatem, ut homo, angelus autem non.

8. Ad secundum dicendum quod beatus Bern. loquitur de libero arbitrio, ut est solum in hominibus, & per comparationem ad coactionem simpliciter. Et hoc modo libertas est à qualiter in bonis & malis, ut ipse dicit. In bonis tamen est liberius quoad impulsionem: Neque enim sic retrahuntur à bono elicendo ut mali.

Q Y E S T I O Q U A R T A .

Vtrum liberum arbitrium possit cogi.

Tho. 1. 2. q. 8. ar. 4. Dur. sap. d. 24. q. 3. num. 14.

Et inf. m. 4. d. 29. q. 1.

Dinde queritur, vtrum liberum arbitrii possit cogi. Et videtur quod sic. Quia plus potest Deus super creaturam spiritualem quam homo super creaturam corporalem, sed homo potest cogere simpliciter creaturam corporalem, quoad actus corporales, sicut fit prolixi lapidem fusum, ergo deus multò fortius potest cogere liberum arbitrium, & quamcumque spiritualem creaturam quoad actus spirituales.

2. Item illud quod potest totaliter impedi, potest ut videtur quod aliquam actionem cogi, sed vñs liberi arbitrii potest totaliter impedi, sicut fit in somno, & infirmitatibus quibusdam: ergo similiter potest cogi.

3. IN contrarium est, quia omne coactum est violentum, sed nullum voluntarium potest esse violentum, quum distinguuntur ex opposito, ergo &c.

4. R E S P O N S I O . Hic est opus duplicitis distinctione, vna circa coactionem & modum coactionis. Alia circa actus voluntatis seu libe. arb. Quantum ad primū sciendū est quod coactio & violentia differunt, quia coactio solum est in rebus animatis propriè loquendo de coactione. Violentia autem est vniuersaliter tam in rebus inanimatis quæ animatis: vnde lapis cum prolixitur sursum violentatur, sed

Lib. II. Distinctio. XXVI.

sed propriè non dicitur cogi. Vtruncq; autem scilicet tam violentia quā coactio, potest accipi dupliciter. Vno modo ut dicit solam impeditiōē alicuius ab actū conuenienti, ad quem inclinatur, puta quā lapidi supponitur columnā dicit violēti, quia impeditur ne defēdat. Alio modo ut dicit compulsionē ad actū inclinationi repugnantem, sicut est in lapide sursum proiec̄to. Ex parte voluntatis sic multiter est considerandū q̄uidam est actus voluntatis ab ea elicitus, puta velle vel eligere, quidā verò solū imperatū sicut sunt actus potentiarum, quae subiacent imperio voluntatis, sive sint potentiae apprehensivae, sive motiue.

⁵ His suppositis dicendū quid accipiendo coactionem primo modo pro solo impedimentoo actus. Sic voluntas potest cogi respectu cuiuslibet actus sui, sive eliciti, sive imperati. Qod apparet primō actibus imperatis sic, omnis voluntas quae non est omnipotens, potest impediti in aliquo actū imperato, sed nulla voluntas creata est omni potens, ergo &c. Minor patet. probatio maioris. Quia omnis virtus quae est dare potentiam, potest per eā impediti in aliquo actū, in quo virtus potentior in contrarium agit, sed omni virtute quae non est omnipotens, est dare potentiam falso illam quae est omnipotens, quare &c. Item actus imperati à voluntate hominis sunt corporales actus, vel præxigū vel coexigunt. Sed omnes actus hominis corporales quum sint in materia contrarietati subiecta impediti possunt, ergo &c. Secundū potest, quia actus eliciti à voluntate impediti possunt, licet nō immediate, sed mediante impedimentoo intellectus, quia quod potest impediti cognitionē potest impediti voluntatem ab omni actū suo, quia voluntas non potest ferri nisi in cognitione, sed multa possunt totaliter non impediti à cognitione, sicut profundus somnus, epilepsia, apoplexia & hujusmodi, ergo &c.

^{5a.4.4.} Si autem accipiat coactio secundo modo pro compulsiōne ad actū inclinationi repugnantem. Sic dicendum quid voluntas nō potest cogi respectu actus immediate ab ipsa eliciti, qui est velle, vel eligere, sed potest cogi respectu actus ab ipsa imperati. Primum patet, quia actus qui est secundum inclinationem potentiae nō potest esse violentus vel coactus. Sed omne velle, vel eligere est secundum inclinationem voluntatis, immo est, ut verius dicam, ipsa inclinatione voluntatis. Hoc enim est velle, scilicet voluntatem inclinari ad aliquid. Et per hoc ipsum est volitum, quod voluntas inclinatur in ipsum: ergo possibile est aliquid velle vel eligere esse coactum, vel violentum. ^{2.3.11.} Et item dico de quacunq; potentia apprehensiva vel appetitiva, quae non cogit respectu actus immediate ab ipsa eliciti, sicut non cogitat intellectus intelligendo, quia inclinationis eius est ad intelligendum omnia, nec visus cogitat ad videndum per eandem rationem, & sic de omnibus potentias animae.

⁷ Secundum patet, quia voluntas imperat actus aliorum virium, tam apprehensivarum quā motuvarum, sicut visus videre. Et ideo ex imperio voluntaris clauduntur vel aperiuntur palpebra ad vidēdum & pedibus imperat ambulare huc vel illic. Sed constat quid homo potest cogi ad actū imperii voluntatis repugnantem, sicut volens non videre, & ob hoc claudens palpebras, compellitur videre, & volens quiescere compellitur surgere, & sic de similibus, quare &c. Ex predictis patet, quod quum in intellectus afferint aliquid vero concluso per demonstracionem ipsi intellectus non cogitur, cum ei naturalis inclinationis sit ad intelligendum omnia. Sed forsitan voluntas cogitur, quae imperabat oppofitum affensum, vel cui complacebat oppofitum affensum. Semper enim coactio est contra inclinationem rei, & illud cogitur contra cuius inclinationem sit, non illud, secundum cuius inclinationem est actus, licet forsitan necessitetur quadam immutabilitate. Aliud est enim cogi, aliud necessitate necessitate immutabilitatis, quae potest esse à natura, tam in voluntate quam in intellectu, respectu aliquorum.

⁸ A D. primū argumentum dicendum quid homo non potest cogere creaturam corporalem, quo ad eius inclinationem, nec etiam impediti, sed solum quo ad motum sequentem. Et similiter voluntas cogi potest quo ad actus imperatos ab ipsa, qui sunt quasi quidam motus sequentes. Tamen cogi non potest ad suam inclinationem

Quæstio. III.

175

quae est suum velle, licet possit impediti.

Ad secundum dicendum quid facilius est actum impediti, quam ad contrarium compellere. Facilius est enim impediti lapidem ne cedar, quam compellere ut alcedat. Et eodem modo facilius est impeditre voluntatem, ne omni nino velit (quod sit impediendo cognitionem proponentem ei obiectum) quam compellere ut velit: hoc enim est impossibile propter ea que dicta sunt.

Sententia huius distinctionis. xxvi.
in generali & speciali.

Hec est gratia cooperans. Superiorius determinauit Magister de libero arbitrio secundum propriam suam rationem. Hic determinat de eo per comparationem ad gratiam. Et diuiditur in duas. Primum determinat de effectu gratiae in libero arbitrio. Secundum determinat de insufficiencia liberi arbitrii sine gratia. In principio. 28. ibi, illud verò inconcuso, &c. Prima diuiditur in duas. Primum agit de gratia quantum ad potestatem eius in lib. arb. Secundum mouet questionem de gratia an sit virtus, & determinat. Secunda. 27. diff. ibi, Si verò queritur quomodo. Prima est principialis lectionis, & diuiditur in duas. Primum determinat veritatem. Secundum mouet & solvit quasdam questiones incidentes. Secunda ibi, non est tamē ignorantium. Prima diuiditur in duas. Primum ostendit quid gratia voluntatem hominis preparat, & adiuuat. Secundum ostendit quae est illa gratia quae preparat. Secunda ibi, & si diligenter intendas. Secunda verò pars principialis diuiditur in duas. Primum mouet dubitationes de prima gratia. Secundum de gratia cooperante ibi. Hic considerandum est. Prima diuiditur in duas. Primum determinat de ordine voluntatis ad fidem. Secundum de ordine cogitationis ibi. Circa hanc questionem. Hac est divisio lectionis & sententia in generali.

IN speciali sic procedit Magister, & proponit primum differentiam inter gratiam operantem & cooperantem, quia gratia operans preparat voluntatem, ut velit bonum. Gratia vero cooperans adiuuat, ut velit hoc cum effectu. Et probat hoc per autoritates cocludens intentum, & repetit quod dictum est. Postea ponit circa hoc errorum Iuliani, qui dicit quid homo poterat boni velire & operari ex libero arbitrio, quod improbat Augustinus per autoritatem Apostoli dicentis quid bene velle & operari est misericordia Dei, quae est idem quod gratia: vnde voluntas nostra nihil recte potest facere per se, nisi per diuinam gratiam adiuuetur, quae gratia Dei preparat voluntatem hominis voluntatem ut sit bona & recta, quae ante aduentum gratiae non erat. Et ad predicatorum declarationem dicit ipsam voluntatem secundum Augustinum, voluntas est anima motus cogente nullo ad aliquid non adiungendum vel adipiscendum. Et per Apostolum probat duplēm gratiam, secundum quam Deus preparat hominem voluntatem. Ponit etiam opiniones quotidiana qui dicebat, quod sicut sine misericordia Dei nihil potest agi, ita etiam si voluntas prius non sit Dei misericordia non sufficit, quani etiam opinionem improbat cocludendo principale intentum. Respondet etiam qualiter se habet voluntas ad gratiam, quia sicut ignorabilis, quod probat per Augustinum, & aptat ad propositum. Postea dicit in generali & speciali, quae sit ista gratia quae preparat hominem voluntatem. Et dicit quod haec est fides, quod probat per Apostolum in pluribus locis. Eradaprat ad propositum, probans hoc idem per Augustinum, & dat ad hoc quoddam motuum propter quod autoritates inducit. Et est tale, bona hominis voluntas prouenit quoddam beneficio gratiae: illud autem beneficium est fides, ergo fides Christi est gratia, quae preparat nominis voluntatem, & probat, & adaptat ad propositum. Et quia dixerat quid gratia prouenit voluntatem, ostendit etiam quid voluntas prouenit quedam dona gratiae, quod probat per Augustinum. Et probat etiam per alias autoritates, quid gratia prouenit voluntatem, & quid subsequatur. Et adaptat ad propositum. Postea mouet dubitationem circa predicta, secundum Apostolum & Augustinum, quā videntur dicere quid fides proueniat ex voluntate, & sic voluntas precedit fidem, similiter credere est ex voluntate,

sed